





1728.

1. Cramerus, Joan. Georgius: De delictis et poenis
statuum imperii Romano-Germanici.
2. Cramerus, Joh. Georgius: De natura et indole delictorum
et poenarum in causis statuum imperii Romano-Germanici.
- 3^{art}
2. Heineccius, Jo. Guil.: De mercatorum, qui foro com-
mittunt, rationibus et codicibus.
4. Hoffmannus, Christianus Godefrido: De significatione
et usu particulari quorundam in jure Romano.
5. Polac, Johann Fideles: De usibus et incongrua fori
rabulim ac odiorum interpretatione.
6. Trier, Johann Wolfgang: De variis modis coercenti-
calumniatores.

1729.

- 1^{art}
2. Hoffmannus, Christianus Godefrido: De coemeteriis
ex urbis Tollendis.

1729.

2. Trier. Johannes Wolfgang: Nejudaeis captivos



9

GRAMMERE

POINIS

INTERII

GRAMMERE



1728, 3a 3

399

DE
MERCATORVM,
QVI FORO CESSERVNT,
RATIONIBVS ET
CODICIBVS,
EXERCITATIO IVRIDICA

QVAM
AMPLISSIMI ORDINIS IVRECONSULTO-
RVM CONSENSV

PRAESIDE

IO. GOTTL. HEINECCIO. IC.
CONSIL. AVLAE REGIAE PRVSS.
PAND. ET PHIL. RAT. ET MORAL. PROF.
ORD. ET COLLEGII IVRIDICI. h. t. DECANO.


H. L. Q. C.

A. D. IVL. cl. l. c. c. xxviii.

PRO LICENTIA

SVMOS IN IVRE HONORES CAPESENDI
PVBLICAE DISQVISIONI
PROPONIT

CONR. IVSTVS SCHOEPFERVS.
IVDICH. PROVINC. ET AVLICI MEGAPOL.
ADVOC. ORDIN.



Francfurti cis Viadrum,
Litteris TOBIAE SCHWARTZII.



DE
MERCATORVM, QVI FORO CES-
SERVNT, RATIONIBVS ET
CODICIBVS.
EXERCITATIO IVRIDICA INAVGVRALIS.

Σύνοψις.

§. I. *Mercaturam multi e republica excluserunt. §. II. Eam reipubli-*
blica prodesse, probatur. §. III. Et ad exempla argumentaq;
contraria responderetur. §. IV. Hinc negotiantes eorumq; commercia
multis privilegiis ornari ceperunt a legislatoribus. §. V. Quibus tamen
indigni sunt decoctores dolo malo foro cedentes. §. VI. Inter hac privile-
gia mercatorum etiam est illud de fide, eorum rationibus & codicibus
habenda, de qua ex instituto agendum. Dissertationis partitio. §. VII.
Originem hujus privilegii plerique non iuri Rom. sed consuetudini, tri-
bunnt. §. IIX. 1.) Quia scriptura privata non creditur pro scriben-
te, sed contra eundem. §. IX, 2.) Quia mercator non potest esse tes-
tis in propria causa. §. X. Quia nec instrumnto a notario, vel a fi-
sco scripto, creditur, si pro notario & fisco inde argumentum ducendum
est. §. XI. Et tamen hoc privilegium a Glossatoribus est excogitatum,
nec iuri Rom. plane aduersatur. §. XII. Veterrimo jure credebatur
mercatorum codicibus, si libri creditorum cum libris debitorum conspira-
rent, in expensilatione. §. XIII. Si a mensa numeratum, fides habeba-
tur argentarii rationibus. Quid sit SCRIBERE & RESCRIBERE
PECUNIAM? §. XIV. Libris argentariorum etiam jure Justinia-
neo fides habita. An officium argentariorum fuerit publicum?
§. XV. Reliquis mercatorum libris credebatur in connexis.

A

Exposita

Exposita L. 26. §. 2. ff. de dpos. §. XVI. Glossatores libris mercatorum vim probandi tribuisse, demonstratur. §. XVII. Inde hoc privilegium manavit in varia statuta Italica, seculo XIII, & sequentibus condita. §. XVIII. Itali mercatores illis seculis fere ubique negotiabantur, & secum etiam hoc privilegium inferebant in alias terras, & maxime in Germaniam. §. XIX. Quales esse oporteat libros mercatorum, si probare debeant? §. XX. Non creditur libro decoctoris malitiosi. §. XXI. Creditur tamen ejus codicibus, qui a fortuna exagritatus foro cessit, nisi paupertas eum ad fraudes pellexerit. §. XXII. Creditur etiam codici decoctoris malitiosi contra scribentem, nisi aliquid in prejudicium aliorum inscripserit. §. XXVIII. Aliquando codici decoctoris aliquid fidei & pro scribente prolato accedit, si alia adminicula suffragentur. §. XXIV. Illustratur hoc specie insigni. §. XXV. XXVI. An decoctor ejusque creditores vel curator bonorum ex libris agentes admittendi sint ad cautionem juratoriam, & reum cautione de judicatum solvi onerare possint? §. XXVII. Decoctoris codex ordinarie edendus est in loco ubi negotiatus est. §. XXVIII. Aliquando in loco, ubi agitur, quod insigni specie illustratur. §. XXIX. Libri decoctorum, quamvis iis suffragentur alia adminicula, admittunt probationem contrarii. §. XXX. An ex libro parum rite & ex arte scripto probari possit, aliquem malitiose decoxisse? §. XXXI. An liber ludeat equiparandus sit libro decoctoris? §. XXXII. An eadem etiam applicanda sint libris opificum? §. XXXIII. Conclusio exercitationis.

§. I.



Mercaturam, quam alii ad locupletanda civitatum æraria in primis comparatam esse arbitrantur, quidam legislatores olim tanquam luxuriæ parentem, virtutis expultricem, & corruptricem bonarum mentium, è rebus publicis suis proscribere non dubitarunt. Hebræi enim quorum rem publicam ipse Deus optimus maximus instituit sapientis-

sapientissimis temperaverat, nec terram maritimam colebant, (quem civitatis firmum & PLATO (a) reliquis antehabuit,) nec ullis gaudebant negotiationibus, nec earum causa cum exteris consuetudinem inibant, diuinitus edocti, innocentem magis viuendi rationem esse, paterna rura bobus exercere suis, liberos ad virtutem accurate instituere, leges deniq; diuinas diurna nocturnaue manu versare, ad earumq; normam omnes actiones perpetuo componere. (b) Simile quid Lycurgo in mentem venisse, vel id argumento est, quod, quamdiu diligentior legum illius custodia mansit, nec mercatorem, nec rhetorem, nec hariolum, nec circulatorem, nec supervacuæ suppellectilis opificem Spartæ visum esse, PLVTARCHVS (c) scribit. Adde-re possem Zaleucum, virum sapientissimum, quem Locrensis ejusdem generis legem tulisse, HERACLIDES (d) memoriæ prodidit: commemorare item Romulum, qui, teste DIONYSIO HALICARNASSENSI, (e) mercaturam æque, ac officia seruis ac peregrinis exercenda tradidit, ciuibusque non nisi duo studia reliquit τὸν πολεμικόν, καὶ τὸν γεωργικὸν βίον, *rem militarem & vitam rusticam*: laudare denique majores nostros, inter quos Suevi, ceu refert IVL. CAESAR, (f) aditum quidem ad se mercatoribus dabant, *sed magis ut haberent, qua bello ceperant, quibus venderent, quam quo ullam rem ad*

A 2

se

- (a) Plato *de Legib. L. IV.*
 (b) Joseph. *adv. Apion. Gramm. Lib. I. Segm. XII. p. 443. Tom. II.*
 (c) Plutarch. *in Vit. Lycurgi.*
 (d) Heraclid. *de Politis p. 533.*
 (e) Dionys. Halicarn. *Antiqu. Rom. Lib. II. p. 33.*
 (f) Cæsar *de Bello Gallico Lib. IV. Cap. II.*

se importari desiderarent; Neruii autem (g) nec mercatores ad se excurrere, *nec quidquam vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri patiebantur, quod his rebus relanguescere animos, ac remitti, existimarent.* Ita plures gentes suspectam habebant mercaturam, quacum avaritiam, magnificentiam, atque inexplebiles cupiditates rerum omnium importari, exemplo Græciæ, a Phœniciis mercatoribus corruptæ, demonstrat CICERO apud NONIVM. (h) Vbi autem à frugalitate ad luxuriam, à veteri disciplina ad licentiam, ab armis ad voluptates transcurritur, ibi nec ipsa Salus, si vellet, populum saluaret. Ilicet, actum est!

§. II.

Enimvero, hæc, quantumuis speciosa sint, non tamen quemquam mouebunt, sanioribus ciuilibus prudentiæ principiis imbutum. Luxuriam, avaritiam aliasque cupiditates inuehere ajunt mercaturam. At non mercaturæ id vitium est, sed hominum, fortunam, ut fit, parum reuerenter habentium. Quid superfurum in ciuitate esset, si nihil, quo abutitur, quodque in perniciem suam vertit hominum improbitas, superesse pateremur? Atqui eadem mercatura efficit, ut iis, quæ usquam terrarum nata sunt, communiter fruamur, ut ciuitates, quibus ob sterilitatem agri omniumque fere rerum inopiam pereundum esset, rebus necessariis æque ac ad vitæ suauitatem ac elegantiam pertinentibus abundant, ut denique non modo ciues, sed & ærarium ipsum, opibus ac pecunia cumulentur. Non ergo
id

(g) Idem Lib. II. Cap. IV.

(h) Non. de Propr. Serm. Cap. V. Segm. XXXV.

id agendum est, vt commercia veluti in exilium agantur, atque ita neruus incidatur reipublicæ, sed vt prudenter excogitatis legibus ita temperentur, ne, illis florentibus, luxuria gliscat in reipublicæ perniciem. Ita vero sublato rei præclaræ abusu, fieri profecto non poterit, quin admirabilem ejus utilitatem non magis magisque quotidie perspiciamus.

§. III.

Nec vereor, ne quem tot legislatorum gentiumq; nomina terreant. Probauerit PLATO situm ciuitatum à mari paullo remotiorem: at non ideo improbavit mercaturæ studium, quod ipse alibi (i) tam magnifice collaudauit, vt dignum eum locum habuerit CALLISTRATVS noster, quem *legi 2. ff. de nundin.* totum insereret. Cur à vicinarum gentium consuetudine, segregatos Hebræos voluerit summum Numen, nemo ignorat, cui notum est gentis ingenium, ad vicinarum gentium superstitionem impietatemq; olim quam maxime procliue. Neque tamen ideo Deo displicuisse credimus solertiam Salomonis, naues onerarias instrumentis, ac, negotiatione Ophiritica prudenter instituta, auro argentoque implentis Hierosolyma. (k) Spartam ac Locros nobis non magis in exemplum proponimus, quam Romanos. Quemadmodum enim Locrensiū respublica nec felicitate, nec magnitudine diuturnitateque imperii, alias ciuitates ad imitandas eorum Leges prouocat, Romuli autem institutum, ceu recte IO. HENR. BOECLERVS (l) obseruauit, *præsentior rerum*

A 3

in

(i) Plato *de Republ. Lib. II.*(k) *1. Reg. LX. 26. sequ. 2. Chron. I. 15. II. 17. seq.*(l) Bœclerus *in diss. de Roma sub sept. Regib. p. 475.*

in majus prouectarum usus mature correxit: ita suo demum malo experti sunt Lacedæmonii, quam parum sine pecunia efficiant exercitus, etiam copiosissimi. Licet enim virtute ac militari disciplina inter Græcos uni omnium maxime florerent: inopia tamen coacti, modo Persis aduersus comunem patriam stipendia faciebant, (m) modo latrocinii magis, quam justis bellis, prædandi captabant occasionem. (n) Ad similem latrocinandi invadendiq; aliena libidinem & Germanos adegit inopia, (o) rectius omnino consulturos rebus suis, si lucrum honestum, quale ex negotiatione terræq; cultura provenit, infelici prædandi studio prætulissent.

§. IV.

Tantum itaq; abest, vt mercatura eam notam mereatur, quam illi veterum quorundam disciplina justo rigidior inuffit, ut præcipuis ciuitatum præsidii adnumeranda, & vel maxime e republica esse videatur, ciues variis privilegiis ac beneficiis ad negotiandum invitari. Est ita natura comparatum, vt plerique tenuem quæstum, at securum, maximo cuilibet & periculoso lucro præferant, vt recte cecinisse videatur HORTIVS: (p)

*Luctantem Icaris fluctibus Africum
Mercator metuens, otium & oppidi
Laudat rura sui.*

Ast

(m) Thucyd. *Lib VIII. p. 561.*(n) Corn. Nep. *in Agesil. Cap. VII.*(o) Cæs. *de Bello Gall. Lib. VI. cap. XXIII.* Tacit. *de moribus Germ. Cap. XIV.*(p) Horat. *Lib. I. Carm. Od. I. v. 15. sequ.*

Ast, ubi privilegiis propositisque præmiis ad majora audenda invitatur mercator, tunc demum ancipitem quæstum imminentibus capiti ac fortunæ periculis anteponit, &

Mox reficit rates

Quassas, indocilis pauperiem pati.

Propterea jam olim XENOPHON (q) auctor erat Atheniensibus, προεδρίας τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρας, καὶ ἐπὶ ξενίᾳ γ' ἔστιν ὅτι καλεῖσθαι, οἱ ἂν δοκῶσιν ἀξιολόγοις καὶ πλοίοις ἢ ἐμπορεύμασιν ὠφελεῖν τὴν πόλιν. *Ut mercatores & naucleros loco magis honorato in consessibus ornarent, atque illos etiam ad hospitii necessitudinem invitarent, qui nauibus & mercibus egregiis civitati prodesse viderentur.* Quin ipse IV-STINIANVS, (r) ubi militare vetat mercatores, eos *utiles esse omnibus contractibus*, præfatur. Hinc itaque tot jura mercatorum singularia, quorum tanta multitudo est, vt justis non modo libellis, sed & voluminibus, materiam suffecerint viris doctissimis, BENEV. STRACCHAE, IO. MARQVARDO, IO. GE. SIMONI, BARTH. LEONARDO SCHWENDENDOERF. FERO aliisque pluribus, quorum opera satis omnium fere ICtorum manibus teruntur.

§ V.

Enimvero quanto plus fauoris merentur mercatores, quos vitæ honestas, diligentia, ac intemerata fides commendat: tanto vehementiore odio digni sunt decoctores, qui, ubi creditores turpiter emunxerunt,

B

pecunia,

(q) Xenoph. de rat. redit. seu de prouent. Cap. III. §. IV. p. 255. Tom. V. edit. Oxon.

(r) l. un. C. negot. ne milit. Lib. XII.

pecunia, foro cedunt, rebusque conuasatis, locum quartum, ubi vel genio alieno sumtu indulgeant, vel extrateli jactum constituti, creditores ad iniquissimam transactionem compellant. Quemadmodum enim hos ne flebili quidem illo cessionis bonorum adjutorio & miserabili auxilio, quod obærat, casu vel fortunæ injuriis ad paupertatem redactis, concessum est, dignos existimant leges earumque interpretes: (f) ita multo minus digni judicabuntur beneficiis ac priuilegiis mercatorum reliquis, maxime quum ei ordini dedecori sint, fidem publicam, qua præcipue stare commercia videntur, minuunt, & ea plerumque perfrictæ frontis animique improbi ac fraudulentæ specimina edant, propter quæ non modo beneficiis indigni, sed & furum instar supplicio adficiendi videntur legislatoribus sapientissimis. Ita sane cautum est tum IMPERII RECESSIBVS, (e) quos vocant, tum Edictis, quæ potentissimus Prusorum Rex isti hominum generi opposuit, grauisimis, (u) quibus & aliorum Imperii Ordinum leges passim adstipulantur (x)

§. VI.

Quum itaque inter præcipua, quibus mercatores gaudent, priuilegia, & hoc non postremum sit, quod eorum tabulis & codicibus rite confectis pro scribentibus

(f) *l. 63. §. 7. ff. pro soc.*(t) *Ordin. Polit. de anno MDXLVIII. & MDLXXVII. tit. von verborbenen Kauffleuten.*(u) *Edict. wieder die muthwilligen Banqueroutierex, und dessen Erläuterung.*(x) *Mandar der Vereinigten Hanseer Städte de anno 1620. apud Marquard. in Append. p. 712.*

tibus etiam vis semiplenæ probationis attribui solet: bella sane & in foro haud infrequens quæstio est, an & quatenus eadem prærogativa & eorum rationibus, qui foro cesserunt, concedenda sit, siue illæ pro scribentibus, siue contra eosdem producantur? Id vero nos non rectius speramus exsequuturos, quam si re ab ovo, quod ajunt, repetita, primum in causas hujus juris singularis inquiramus, atque inde certa principia, ex quibus de privilegii istius indole judicari possit, deriuemus, & ex illis demum varias, quæ in foro subinde agitantur, quæstiones explicemus paullo diligentius.

§. VII.

Equidem, quod ad privilegii istius originem attinet, inter omnes fere jurisconsultos constare animaduerto, illam non ex jure communi Romano, quod in foro paullatim adopravimus, sed ex vetere quadam, multisque gentibus communi consuetudine esse repetendam. Ita sane, ne gregariorum turmas conscribamus, censent viri doctissimi, ANDR. GAILIVS, (y) DIOD. TVLDENVS, (z) IO. MARQVARDVS, (a) GE. ADAMVS STRVIVS, (b) VLR. HVBERVS, (c) & alii ejusdem famæ ac celebritatis quam plurimi, qui tantam consuetudini vim ac potestatem aduersus jus commune tribuere, eo sibi minus religioni ducunt, quo magis juri consentaneum est, consuetudine &

B z

cives

(y) Gail. *Lib. III. Obs. Cap. XX.*(z) Tulden. *ad tit. C. de fid. instrum. n. 5.*(a) Marquard. *de Iure Mercat. Lib. III. Cap. IX. §. XVII.*(b) Struv. *Exerc. XXVIII. §. XXV.*(c) Huber. *Prælect. ad ff. Lib. XXII. Tit. IV. §. XIX.*

cives, (d) & iudices, (e) non minus, quam legibus & jure scripto obligari, eamque non modo optimam legum interpretem esse, (f) sed & juri communi derogare, quin illud plane tollere posse. (g) Quod quum in uniuersum dubio careat, etiam circa probationem tanto certius est, quanto clarius consuetudine loci instrumentum aliquod authenticum fieri posse, statuit INNOCENTIUS Papa III. *in c. 9. x. de fide instr.*

§. VIII.

Et sane negari non potest, jus istud singulare, quod circa mercatorum codices observamus, a juris Romani principiis videri alienissimum. Secundum hæc enim privatorum scripturis contra scribentes creditur, (h) quia quemadmodum confessus quodammodo sua sententia damnatur: (i) ita &, qui se ex certa causa debere, suo chirographo confessus est, merito pro debitore habetur, dummodo vel ipse cautionem tanquam a se scriptam in jure agnouerit, vel de scribente siue aliorum testimonio, siue instituta litterarum comparatione constet. (k) At vero pro scribente productum instrumentum loco probationis admittere, absonum, atque indignum Romanorum prudentia videbatur, (l) nisi

(d) l. 31. §. 20. ff. de Aedil. edit. l. 6. ff. de evict.

(e) pr. Inst. de off. judic. Auth. jubemus C. de judic.

(f) l. 37. ff. de Leg. 3. C. & long. consuet.

(g) l. 32. §. 1. ff. eod. §. 11. Inst. de jur. nat. gent. & civ.

(h) l. 25. §. ult. ff. de probat.

(i) l. 19. ff. de confess.

(k) l. 20. C. de fid. instr. Nouell. L. XXIII. Cap. VII.

(l) l. 5. C. de probat.

nisi illa scriptura vel aliis argumentis admodum evidentibus firmeretur, (m) vel jam ab aduersario pro se producta, ac pro vera agnita sit. Quemadmodum enim testes, quibus ipse usus est, in alia causa aduersus se productos repudiare nemo potest: (n) ita non ferendus esset, qui rejicere auderet alterius scripturam, qua ipse pro se aliquando fuerat usus. Ita recte juris nostri auctores præcipui, & in his celeberrimus VLR. HUBERVS (o) colligunt, vt non fuerit, cur dissentendum sibi putarit ANT. MATTHÆI. (p) Aliis casibus a juris ratione alienum, exemploque perniciosum est, scripturam scribenti ad probationem prodesse, quum ita improbissimo cuius in procliui futurum sit, debitorem sibi pro lubitu propria adnotatione constituere. (q)

§. IX.

Deinde ordinariæ scripturæ priuatæ non plus credendum esse, quam viuæ scribentis voci, facile patet. Quid enim interest, quæso, ore quis adfirmet, sibi deberi, an litteris? At enim quis mercatori, quantumvis incorruptæ exploratæque fidei crederet, se ad testimonium in sua causa dicendum offerenti, quum *omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submoverint*, testibus VALENTE, GRATIANO & VALENTINIANO, Augustis. (r) Cur ergo eidem magis credere-

B 3

(m) l. 6. C. de probar.

(n) l. 17. C. de testib.

(o) Huber. *Prelect. ad Pand. ibid. §. XVIII.*(p) Ant. Matth. *de Iudic. Disp. IX. thes. VI.*

(q) d. l. 6. C. de prob.

(r) l. 10. C. de testib.

crederetur, producenti tabulas, a se ipso domi suo arbitrato & remotis arbitris conscriptas? sane id argumentum tanti visum est quam plurimis, vt non modo HVGGO DONELLVS (f) & IO. WISSENBACHIVS (t) receptam de codicibus mercatorum doctrinam pro mercatorum vel pragmaticorum errore venditare, sed & supremæ quædam curiæ aduersus vulgarem doctrinam pronunciare non dubitarint. Salm ejusmodi præjudicium, quod vocant, ex DOMINICI TREVISANI *Decisionibus* (v) eruit NIC. DE PASSERIBVS: (x) nec defutura fortassis essent alia, si nunc per tot Decisionum atque Rerum judicatorum volumina grassari aut vacaret, aut lubido esset.

§. X.

Denique si ab eo, quod majus est, ad minus argumentum ducendum, denuo elanguescet vis omnis privilegii, quod mercatorum codicibus a tot sæculis, est vindicatum, nec secundum eos litem dabunt, quicumque nullam aliam boni æquique normam, quam jus Romanum, agnoscunt. *Ne fiscum quidem*, qui tot privilegiis ad acquirendum conseruandumque comparatis munitus est, *ex suis subnotationibus debiti probationem præbere posse*, præclare ac sapienter rescripsit GALLIENSIS Imperator. (y) An vero plus mercatoribus jura indulgerent, quam fisco principis, quem hac quidem in re jure

(f) Donell. *Comment. ad l. 6. C. de probat. p. 153.*(t) Wissenb. *ad l. 5. sequ. C. de probat. p. 238.*(v) Trevisan. *lib. I. Decis. XVI.*(x) Nic. de Passerib. *de Script. prin. l. IV. Cap. XXI. §. XI.*(y) *l. 7. C. de probat.*

jure communi uti voluerunt? Deinde cur mercatori, privatim aliquid in codicem rationum referenti, plus fidei habeatur, quam tabellioni, qui quamvis juratus officio publico fungatur, tamen si quid ex tabulis vel codicillis à se scriptis peteret, adeo non videretur audiendus, vt potius pœnam legis Corneliæ de falsis subiturus esset (z)? Quod argumentum tam graue visum est BARTOLO, (a) vt non modo mercatorum, sed ipsorum argentariorum tabulis, pro scribentibus in foro productis, fidem abrogare non dubitarit.

§. XI.

Tam multa igitur, tamque graua argumenta facile persuaserunt viris doctissimis, vt jus istud, quo mercatorum codices semiplene probare creduntur, in iurisprudencia Romana nullum plane præsidium reperire, sed per consuetudinem paulatim inualuisse, crederent. (b) Et tamen, si dicendum, quod res est, antiquissimis temporibus Romani, mercatorum tabulis & codicibus non modo semiplenam sed integram fidem habuerunt: & postea felice errore contigit, vt antiquum illud jus, ex interpretatione legum Romanarum quodammodo renatum, per uniuersam fere Europam una cum ipsis commerciis propagaretur. Id quod, quomodo, & qua occasione factum sit, exponere operæ omnino pretium fuerit, maxime quum eam rem ab aliis occupatam esse, non animaduertamus.

§. XII.

(z) *l. 10. pr. l. 15. pr. ff. ad L. Corn. de falsi.*

(a) Bartol. *ad l. 9. §. 2. ff. de edend. n. 11.*

(b) Ant. Matth. *Fundam. Jur. Diss. XVII. §. IV.*

§. XII.

Qui Romæ olim negociabantur, vel commerciorum causâ per provincias commeabant, id sibi præcipue negotii existimabant datum, vt accepta expensæque ex arca diligenter in rationes referrent. Illis autem rationum codicibus productis, rei gestæ seriem iudici probare poterant, dum ita comparatæ essent rationes, vt & nulla fraudis suspitione laborarent, & codex ipse a codice debitoris non discreparet. Solebat enim creditor, pecuniam, nomen debitoris, causam debendi, reliquasq; circumstantias, præsentem debitore, in tabulas rationum referre, idemque, præsentem creditore, faciebat debitor, iique codices inter se comparati, si inter se similes reperiiebantur, plenam faciebant fidem. Rem omnem accuratius explicarunt CL. SALMASIVS, (c) BARN. BRISSONIVS (d) & alii. Nos quædam veterum testimonia audiemus. GELLIVS, (e) referens, quæ, se iudice, acta sint in causa pecuniaria: *Petebatur apud me, inquit, pecunia; quæ dicebatur data numeratâq;. Sed qui petebat, neque tabulis, neque testibus id factum docebat. Et paucis interjectis: is unde petebatur cum suis multis patronis clamitabat, probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, EXPENSI LATIONE, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testium intercessione.* Hic inter modos probandi debitum consuetos, a GELLIO refertur *expenslatis*. Hæc autem, teste ASCONIO PAEDIANO, (f) nihil aliud erat, quam scriptu-

(c) Salmat. de Mod. Usurar. Cap. XI. p. 473. sequ.

(d) Briffon, de Form. pop. Rom. solenn. Lib. VI. p. 536. sequ.

(e) Gell. Lib. XIV. Noct. Art. Cap. II.

(f) Ascon. Padian. ad Ciceron. Verrin. I. Cap. XXX.

scriptura, qua notas in tabulis, te pecuniam dedisse. Et eam scripturam tunc probasse omnino, si ei debitoris rationes responderent, vel CICERO (g) docet, dum Q. Roscium aduersus C. Fannium defendens, sæpissime ad illius tabulas prouocat. *Quod si ille, inquit, suas proferet tabulas, proferet suas quoque Roscius: erit in illius tabulis hoc nomen: at in hujus non erit.* Et paullo post: *Si tabulas C. Fannius accepti & expensi proferet suas, in suam rem, suo arbitrato scriptas, quo minus secundum illum iudicetis, non recuso.* Fidem ergo codici Fannii non abrogat Cicero, modo ille proferatur, & addit quidem, se id non facere jure compulsus, sed *copia & facultate causa confisus*, at non eo hoc dicit, ac si alias creditoris tabulæ non probarent, sed quod, uti paullo ante diximus, non solis crederetur, verum conspirantibus cum codice debitoris. Hinc alio loco idem CICERO: (h) *Suum codicem, puta solum, testis loco recitare, arrogantia est: suarum præscriptionum & liturarum aduersaria.* (die Glitter oder Klatte,) *proferre, non amentia est?* & in oratione aduersus Verrem: (i) *Homo stultissime & amentissime, tabulas quum conficeres, satis te elapsurum omni suspitione arbitrare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi, te expensum illis non tulisse? an iuis SOLIS tabulis te causam dicturum existimasti?* Ita jam olim tabulis mercatorum credebatur, dum rite conscriptæ, in easque accepta expensaque diligenter relata essent, & iis suffragarentur rationes debitoris.

C

§. XIII.

- (g) Cicero pro Q. Rosc. Cap. I.
 (h) Cic. pro Q. Rosc. Cap. II.
 (i) Idem in Verr. I. Cap. XXXIX.

§. XIII.

Enim vero hac probatione tum demum opus videbatur, si quis ex arca numerasset expendissetque pecuniam. Si quis enim à mensario vel argentario numerauerat: præcipua probatio ex rationibus argentarii petebatur, cujus ad officium pertinebat, singulorum rationes conficere. (k) Qui ergo tunc a mensario numerabat, pecuniam dicebatur SCRIBERE, qui reddebat sibi numeratam, eandem RESCRIBERE dicebatur, ceu multis veterum testimoniis ostendit RICH. BENTLEIUS. (l) Et ea scriptura argentarii, vel, uti paullo ante à GELLIO. (m) nominabatur, *ex mensæ rationes* prolatæ editæque ab argentario, plenam fidem faciebant, quod non videretur verosimile, argentarium in alterius gratiam falsi quidpiam in tabulas referre voluisse, quum ejus negotiatio publicam causam habere, crederetur. (n) Et huc pertinent illa CICERONIS: (o) *Solent fere dicere, qui per tabulas hominis honesti, (id est argentarii) pecuniam expensam tulerunt: egone talem virum corrumpere potui, ut mei causa falsum in codicem referret?*

§. XIV.

Ita jure vetusto se res habebat. Jure Justiniano non minus fidei tributum codicibus argentariorum, quorum negotiationem, quemadmodum paullo ante diximus, publicam causam habere, creditum.

Quam

(k) *l. 4. §. 1. 9. §. 2. l. 10. §. 1. ff. de edend.*

(l) Bentlei *ad Horat. Lib. II. Epist. I. v. 105. p. 628.*

(m) Gell. *Noct. Att. Lib. XIV. Cap. II.*

(n) *d. l. 10. §. 1. ff. de edend.*

(o) Cic. *pro Q. Rosc. Cap. I.*

Quamvis enim negotiatio illa, si recte ponas calculum, nec munus, nec officium publicum esset, quandoquidem & servus mensam argentariam exercere non prohibebatur: (p) publicam tamen causam habere videbatur, non quod publice, vel à populo eligerentur, argentarii quam ACCURSII (q) sententiam solide profligavit GVIDO PANCIROLVS, (r) sed quod publica auctoritate pecunias fœnori darent, auctiones facerent, pro aliis numerarent, soluerent, constituerent, pecuniam trajectitiam suo periculo crederent, de iisque rebus omnibus rationes conficerent quam accuratissime, quemadmodum illud argentariorum officium ex CICE-
RONIS, (f) aliorumque veterum testimoniis accuratius descripserunt CVIACIVS, (t) SALMASIVS, (u) PANCIROLVS, (x) & BRISSONIVS, (y) qui Romanos ea in re Græcorum, & Atheniensium, maxime, industriam imitatos esse, ex elegantissimo loco DEMOSTHENIS (z) obseruat. Propter hanc itaq; publicam mensæ argentariæ causam, quemadmodum jam a NIC. DE PASSERIBVS (a) & MATTH. WES-
SENBECIO (b) observatum est, tabulis rationibusq;

C 2

argen-

- (p) l. 4. §. 3. ff. de edend.
 (q) Accurs. ad l. 9. §. 2. ff. de edend.
 (r) Pancirol. Var. Lect. lib. I. Cap. XXXII. p. 51.
 (f) Cicero pro Flacco Cap. XIX.
 (t) Cujac. Lib. X. Obs. Cap. XIV.
 (u) Salmasius de Mod. Usurar. Cap. XVI. p. 721.
 (x) Pancirol. ibid.
 (y) Brisson. de Verb. signif. voce argentarius.
 (z) Demosth. advers. Timon. p. 1074.
 (a) Nic. de Passerib. de Scrip. priv. Lib. IV. Cap. XIV. n. 17. seq.
 (b) Wesenb. Paratit. tit. de fide instr. n. 6.

argentariorum id tribuebant Romani, vt siue pro illis, siue contra eosdem, proferrentur, plene probarent. Hinc CAIVS (c) noster: *Argentarius, inquit, rationes edere iubetur, nec interest cum IPSO agatur, an cum tertio.* Frustra autem eum cogeret Prætor edere rationes etiam contra tertium, nisi illi tertio fides libri nocere posset. (d) Quin tantum abest, vt argentariorum codicibus fidem negent jura, vt idem priuilegium etiam ad *numularios*, id est, argentariorum ministros, vel paruos argentarios, (e) prolatum sit, quia, teste PAVLLO, (f) & ipsi, sicut argentarii, rationes consciunt, accipiunt pecuniam, & erogant per partes: quarum PROBATIO scriptura codicibusque eorum maxime continetur, & frequentissime ad FIDEM eorum decurritur.

§. XV.

Quod autem ad reliquos mercatores attinet, quorum negotiatio publicam causam habere non videbatur, sequiore æuo ab usu quidem recesserat illa codicum comparatio, quam olim Romæ obtinuisse, paullo ante (§. XII.) obseruauimus: si tamen proferrentur eorum scripturæ ac rationes, in quibus accepta expensaque accurata diligentia notata deprehendebantur, eæ profecto non parum ponderis videbantur habere. Nam etiam pro mercatore probabant, si ita iudici videretur, id est, uti nos hodie loquimur, semiplenæ fultim vim probationis habebant, si iudex iis fidem tribuendam existimaret. Præclarus eam in rem exstat locus
PAVL-

(c) *l. 10. pr. ff. de edend.*(d) *Roesener de Libris Mercat. Cap. XV. §. XV.*(e) *Cujac. Lib. X. Obs. Cap. XIV.*(f) *l. 9. §. 2. ff. de edend.*

PAVLLI ex libro IV. Responsorum. (g) quem ICtus eximius, ANDR. FACHINAEVS, (h) obseruauit: Titius Sempronius salutem. Habere me a vobis auri pondo plus minus decem, & discos duos, saccum signatum: ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium deposuistis: item, quos Trophimati, decem: item ex rationibus patris vestri decem, & quod excurrit. Nihil hoc aliud est, quam ratio breuior, ex codice rationum decerpta, (ein Conto current,) qua mercator, quid acceperit, quidque sibi debeat a Sempronius, (das credit und debet,) more illorum temporum breuiter notarat. Quærebatur ex PAVLLO, an ex huiusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecunie causam attineret? Non poterat id adfirmare ICtus, non ignarus, suis temporibus litterarum obligationem nominibus fieri, (i) quæ plane aliud quid fuisse, quam eiusmodi epistolam, ex CAIO (k) & THEOPHILO (l) jam pridem docuit Dominus Præses. (m) Itaque respondit, ex epistola, de qua queritur, obligationem quidem nullam natam videri: sed probationem depositarum rerum impleri posse. Nec sane de eo dubitari poterat, quia scripturam etiam priuatam contra scribentem probare, inter omnes constabat. (n) At magis ambigua videbatur quæstio, an & debitum ex illa creditoris schedula recte probetur? quam in rem addit PAVLLVS: An autem is quoque, qui

C 3

deberi

(g) l. 26. §. 2. ff. depos.

(h) Fachin. Controu. Iur. Lib. XI. Cap. XXXIII.

(i) §. un. Inst. de litt. oblig.

(k) Caj. Inst. Lib. II. Tit. IX. §. 12.

(l) Theoph. in Paraph. §. un. Inst. de litt. oblig.

(m) in Antiqu. Rom. Lib. III. Tit. XXII.

(n) l. 25. §. ult. ff. de probat.

deberi sibi cauit in eadem epistola decem, probare possit hoc, quod scripsit, IVDICEM AESTIMATVRVM. Non ergo negat, instrumento illi pro scribente aliquam fidem adhiberi posse, si circumstantiæ, a iudice æstimandæ, addicant, e. g. si epistola illa conspiret cum codice rationum, si ejus auctor sit vir integræ atque intemeratæ fidei, si ex ipso libro ejus diligentia eluceat, & quæ sunt hujus generis alia, quæ suggerit MENOCHIVS.(o)

§. XVI.

Ex hoc itaque loco, similibusq; quibusdam, glossatores collegerunt, *librum pro scribente probare in connexis*, id est, si codex expensa & accepta contineat, & hæc se recte habere dicantur, fidem etiam habendam esse ratione illorum. Ita BARTOLVS (p) & BALDVS, (q) quorum sententiam & alii plerique adoptarunt. Iidem autem glossatores exinde porro intulerunt, pro codicibus mercatorum, si rite conscripti sint, non leuem militare præsumtionem, & si a scribentibus in supplementum juretur, plenæ vim probationis eos merito obtinere. Sane hanc sententiam ante sæculum XIII, quo ACCVRSIVS glossas consuit, defenderunt doctores quidam, quorum argumenta ipse adducit refellitque ACCVRSIVS.(qq) Eandem sæculo XIV suam fecere BARTOLVS, (r) sequente BALDVS, (s) PETRVS DE FER-

(o) Menoch. *de Arbitr. Iud. qu. casu* XCIII.

(p) Bartol. *ad L. quedam §. numularios ff. de edendo.*

(q) Bald. *in L. rationes C. de probat.*

(qq) *Gloss. ad l. p. §. numularios ff. de edendo.*

(r) Bartol. *ad l. admovendi 31. ff. de jurej.*

(s) Bald. *ad eand. l. admondi.*

FERRARIIS (t) & alii, quos ipsos quoque suos auctores sequutos esse, nulli dubitamus, adeo ut statim, renascente jam in Italia jure Romano, hæc sententia, per cathedras audita, tantoque facilius a plerisque adprobata videatur, quanto æquior credita, ac juris rationibus conuenientior. Sane *quum mercatores*, uti eleganter REIN. BACHOVIVS (u) scribit, *quibusuis mercium suarum emtoribus sine chirographo fidem habere soleant, tanto æquius est, ex aduerso quoque plus fidei illorum litteris adscribi.* Accedit, quod mercaturam non promiscue omnes exercere soleant, sed ii demum, qui editis intra annos tirocinii diligentia ac fidei argumentis, in collegium mercatorum solenniter fuerunt adoptrati. Unde denuo colligi posse videbatur, mercatorum etiam negotiationem publicam quodammodo causam continere, adeoque non esse iniquum, vt quemadmodum argentariorum codicibus jure Romano fides omnino habenda esset, ita mercatorum tabulis rite confectis semiplenæ saltim probationis vis tribueretur, scribentibusque, illas pro se allegantibus, copia fieret in supplemendum jurandi.

§. XVII.

Quum autem iisdem temporibus, quibus juris Romani studium Bononiæ aliisque locis feruebat, ciuitates Italicae pleræque sibi noua statuta conderent, & in illo terrarum tractu maritima æque ac vulgaris negotiatio tum vel maxime floreret: nullum fere statutum reperias, in quo non occurrant hujusmodi priuilegii

(t) Ferrar. in *Pract. aur.* p. 186. n. 6.(u) Bachou. *ad Treutl. Vol. II. Disp. IV. rb II. Lit. B.*(uu) *Gloss. ad d. l. p. §. numularios ff. de edend.*

legii vestigia. Extant STATVTA VENETA, quæ, uti rubrica docet, *in unum reducta* & *de nouo edita fuerunt* tempore illustris Domini, Iacobi Theopuli, inclity Ducis Venetorum, currente anno dominica incarnationis M CCLII. die VI. exeunte mense Septembris, indictione prima, quæque stanno nitidissimo impressa sunt Venetiis a Bernardino Benalio eiusque socio anno MDXXXV. mense Iulio. In eorum præfatione, vel prologo secundo, agitur de præsumtionibus & quatuor earum generibus, explicaturque, quid sit præsumptio *juris* & *de jure*, præsumptio *violenta*, *probabilis* & *temeraria*. De probabili autem ibidem ita differitur: *Tertia præsumptio est probabilis, & ista non probat plene, sed mouere debet iudicem, ad dandum sacramentum honestiori parti. Vt si inueniatur scriptum in libro alicujus, quod alteri tantum dedit, vel quod ab altero tantum recepit, tunc scilicet iudices dabunt sacramentum, ut supra diximus.* Anno eræ Christianæ M CCCC LXVI. die XVII. Aug. nouum ea de re SC. factum, quod in iisdem STATVTIS VENETIS (x) ita se habet: *Auferenda sunt omnia illa inbonesta media, quibus ciues & subditi nostri defraudantur. Et quia libris apothecariorum hujus nostræ ciuitatis omnis diuturni temporis fides præstari solebat: quo iniquo medio fuere complures, qui multas pecunias amiserunt. Vadit pars, quod libri draperiorum tellarolorum, chiodarolorum, & quorumcunq; aliorum apothecariorum hujus nostræ ciuitatis fides de cetero adhiberi nequeat, nisi a quinquennio infra, nec in aliquo indicatu vel officio nostro, elapso ipso tempore, authenticari. Quod temporis spatium unicuiq; conuenientissimum est petere posse, quod habere debet.* Quinquennali itaque præscriptione elidi

Veneti

(x) Consulta ex authenticis, Statutis Venetis adnexa Cap. XXIV. f. CXCIII.

Veneti iusserunt probationem ex libris mercatorum illorum, quos nominatim recensent, petendam: nec tamen id majorum gentium mercatoribus fraudi esse, voluerunt, de quibus in iisdem STATVTIS statim additur: *Exceptuatis tamen libris ordinariis, quibus, non obstante probatione aliqua in contrarium, sicut primum, fides adhibeatur, ut iustitia vsuique nostrorum civium pariter sit prospectum.* Similia statuta sunt Bononiæ, (y) Florentiæ, (z) Patavii, (a) Romæ, (b) quin in uniuersa Italia, (c) ubi libris mercatorum vel absolute, vel ad certam summam creditur, vel, iis prolatis, jusjurandum suppletorium deferitur.

§. XVIII.

Iam vero non difficile erit ostendere, qua via eadem de mercatorum codicibus doctrina se per Germaniam, quin uniuersam fere Europam, diffuderit. Medio enim aëo nulla fere gens negoriandi causa frequentius per vicina regna & prouincias discurrebat, quam Itali, idque adeo verum est, vt vir doctissimus, HERM. CONRINGIVS, (d) usque ad annum millesimum centesimum paucas merces peregrinas, & vix aliunde, quam ex Italia, in Germaniam exportatas fateatur, Oceano omni Normannorum piratica infesto, & Germanicis nauibus pæne imperiuo. Et quamuis postea maris Balthici accolæ mare tentarent, & civitates celebriores

D

briores

- (y) Imola in c. 2. X. de fid. instrum.
 (z) Castrenf. in d. l. admonendi. Rol. a Valle Vol. III. Consil. XCII. n. 5.
 (a) Statuta Patav. fol. 190. b.
 (b) Marqu. de jur. Mercat. Lib. III. cap. IX. §. 21.
 (c) Turret. Consil. XLVII n. VII.
 (d) Conring. de Urbib. Germ. §. LXXXV.

briores, inito fœdere Hanſeatico, inſignes ſibi opes com-
merciis acquirere: intra hælccum tamen, falſamentorum
aliarumq; mercium ſeptentrionalium diſtraſtionem ſtetit hæc
negotiatio, ea, quæ Oriens, Aegyptus & Africa ſuppeditant,
Italis large aduehentibus. Vagabantur illi ſub nomine
LOMBARDORVM, itemque CAORCINORVM, per Galliam,
Germaniam, Belgium, & non ſolum merces orientales
venum exponebant, ſed & pecunias credebant ſub
pignoribus, ceu paſſim adhuc docent domus publicæ,
in quibus, depoſitis pignoribus, pecuniæ creduntur,
quæque ab origine ſua, etiamnum vocantur Lombards-
Häuſer. Quamuis vero plerisque locis celebrioribus
priuilegiis luculentis ornarentur, ceu docet exemplum,
à CAR. DV FRESNE (e) ex veteri Regeſto erutum,
quin alicubi ſuis conſulibus, quos vocant, parentem,
veluti Montreſſuli & Nemaufi: euileſcere tamen
paullatim cœpit iſtud hominum genus, ob uſurariam,
quam exercebat, prauitatem, adeo vt & Synodalibus
decretis, (f) & edictis principum (g) paſſim
proſcriberetur, iudæiſque æquiparentur
Lombardi & Caorcini, qui à celebri gente
Florentina *Corſinorum* nomen inuenerant. (h) Et ſic
proſecto non mirandum, una cum Lombardis etiam
priuilegium illud mercatorum in Germaniam
penetraſſe, maxime, quum paullatim ICTI, qui
Bononiæ & Parauii prima

(e) Car. du Frefne in *Gloſſar. Lat. Tom. II. Part. II. p. 237.*

(f) *Concil. Senonenſe ann. MCCLXIX. Can. II.*

(g) Car. du Frefne *ibid. p. 238. & Tom. I. p. 855. ſequ. Matth. Paris. ad ann. MCCLXXV. MCCXL. Aub. Mir. Lib. I. Dipl. Belg. Cap. LXXXIV.*

(h) Car. du Frefne *ibid. Tom. I. p. 856.*

prima juris stipendia fecerant, curias ac fora, quin & academias Germaniæ, occuparent, & hinc, quæ in Italia didicerant, in usum apud Germanos deducere omni studio animique contentione niterentur.

§. XIX.

Et ex his quidem jam proclive est judicare, quæ requirant jura, si quis eo privilegio uti velit. Quum enim mercatorum bono inuentum sit hoc privilegium, & eorum quidem, qui fidei ac diligentia specimina ediderint: (§. XVI.) consequens est, I. ut si cui mercaturam faciendi jus non est, ei id privilegium non profit. (i) Maioris, an minoris momenti sit negotiatio, parum refert, modo quis merces venales habere, aliisque sine chirographo credere soleat. (§. XVI.) Ab ipso mercatore ut conscriptus sit codex, exigere videntur ROL. A VALLE (k) & ANDR. GAILIVS, (l) etiam ad IVSTINIANI quoddam rescriptum (m) prouocantes, Sed quemadmodum in illa l. 13. C. de non num. pecun. nihil, quod quidem ad rem pertineat, continetur, & quod quis per alium facit, illud ipse fecisse viderur: ita non abs re plerique eandem codici mercatoris fidem tribuendam esse existimant, siue ipse eum adornarit, siue, ejus nomine: alius modo eum manu personæ, cui tale negotium delegari solet, veluti institoris, vel librarii, (des Buchhalter) scriptum esse constet. (n) Quo casu ta-

D 2

men

- (i) Menoch. *Lib. I. Consil. XXXIX. n. 14.* Gail. *Lib. II. Obs. XX. n. 17.* Textor *Diss. de fide libri mercat. mortui §. IV.*
 (k) Rol. a Valle *Consil. XCH. n. 6.*
 (l) Gail. *Lib. II. Obs. XX.*
 (m) l. 13. C. de non num. pecun.
 (n) Stracch. *de Mercat. P. II. n. 65.* Carpzou. *Part. I. C. XVII. def. XXXIV. n. 9.*

men id obseruant accuratiores, vt librario priore mortuo, vel officio decedente, codex non continuetur, sed à successore nouus inchoëtur, ne vnus idemque codex diuersas manus prodat. (nn) Deinde ex eodem colligimus, II.) librum vel codicem, quem mercator profert, nulla falsitatis suspicione laborare, adeoque illum compactum, tituloque ac præfatione notarum, (o) folia numerata, (oo) nihilque in eo erasum, euulsum, deletum, superscriptum esse (p) oportere. Quod adeo verum est, vt si forte librarius aliquid humani passus sit, tamen ea, quæ perperam scripsit, nec delere, nec inducere, sed errorem notare, & rem de nouo subijcere, vel e regione, non autem in margine, adscribere soleat (q) Quum porro ejus priuilegii causa non postrema sit, quod mercatores sine chirographo credere soleant, (§. XVI.) & liber ex communi Actorum sententia tantum in connexis pro scribente probet: (§. XV.) id quoque III.) vel maxime urgent Icti, vt liber contineat data & accepta cum singularum partitarum, quas vocant, die & consule, (r) & quidem sine abbreviationibus & siglis vulgo incognitis, (s) quippe quæ plerumque cum ambiguitate quadam conjunctæ sunt. Præterea ex eodem per se patet, IV.) non nisi ea, quæ ad mercaturam pertinent, in codicem illum referenda,

(nn) Textor. *Diff. ead. ibid.*

(o) Ræfner *de Libris Mercat. Cap. VII. n. 2. sequ.*

(oo) Munnoz de Escobar *de Ration. Cap. X. §. XLII.*

(p) *c. 5. X. de crim. fals. c. 6. X. de fid. instr.*

(q) Textor *Diff. citat. §. IV.*

(r) *l. 11. §. 2. ff. de edend. Meuius ad Ius Lub. P. V. Tit. VI. a. IV. n. 24.*

(f) Conr. Rittersh. *Comm. ad Novell. P. VI. Cap. II. n. 7.*

da, (t) & V.) cauffas & genera obligationum rite exprimenda, (u) & denique VI.) ipfum codicem cum aduerfariis feu diario, ex quo partitæ in codicem primarium referri folent, accurate conuenire debere. (x) Quamuis enim folis aduerfariis ea fides non habeatur, (y) quam codicibus ipsis attribui diximus: merito tamen horum quoque fides vacillat, fi, quæ in codice leguntur ab iis, quæ in aduerfariis fcripta reperitas, omnino difcrepent. Hæc funt fex illa requifita, quæ ubi adfunt, priuilegio ifti locus effe creditur. Ea quamuis alii ad duodecim, (z) alii ad tredecim, (a) alii ad plura usque adaugeant: quædam tamen ex his ad fex illa, quæ a nobis explicata funt, commode referi poffe, quædam plane falſa effe, facile unusquisque animaduertet. Sane quemadmodum jam paullo ante vidimus, requifitum fecundum, quod MARQUARDVS (b) recenset, puta, ut ipſemet mercator codicem ſua manu ſcripferit, nec in iure, nec in praxi, præſidium reperire: ita, quæ idem (c) aliique (d) exigunt, ut mercator, veritatem ſcribere conſueuerit, vt liber aliquid contineat contra mercatorem, vt quæ inſcripta funt, ex circumſtantiis verofimilia iudicentur, manifeſto ad requifita noſtra primum & tertium pertinent, eoque

D 3

percom-

- (t) Munnoz de Eſcob. *ibid.* Cap. XI. n. 27.
 (u) l. 25. §. 5. ff. de probat. Carpzou. *Lib. III. Rſep. LVIII. n. 10.*
 (x) Munnoz de Eſcobar *ibid.* Cap. X. n. 30.
 (y) Marquard. *de Iure Mercat. Lib. III. Cap. IX. §. 43.*
 (z) Idem *Lib. III. Cap. IX. §. 28. ſequ.*
 (a) Textor *Diſſ. alleg. §. IV. V.*
 (b) Marqu. *ibid.* §. XXIX.
 (c) Idem *ibid.* §. XXXI. XXXIII. XXXIV.
 (d) Textor. *ibid.* §. IV. V.

percommode referuntur. Quod & de reliquis verum esse, unusquisque facile deprehendet.

§. XX.

Fufius hæc exfequuti fumus, quam plerisque videbitur necessarium. Sed quum multum nostra referat, juris prudentiam ita habere in numerato, ut ea, quæ inculcamus, uniuersa ex suis principiis deriuare, hæc autem ex origine ac cauffis singulorum iurum, inuestigare norimus: non piguit nos, rem ab aliis neglectam paullo accuratius explicare. Iam ergo facile patet, quid ad singulas quæstiones, quæ de decoctorum & foro cedentium codicibus, habendaque illis fide, passim mouentur, & quarum palmarias tantum delibare nunc iuuat, respondendum sit. In uniuersum enim nullam codici fidem habendam esse, cuius auctor dolo malo foro cedens, creditorum spem turpiter destituit, tam est manifestum, ut prolixiore probatione supersedere posse videamur. Quis enim credat scripturæ hominis, quem vel scelerum maximorum sibi conscium fuga in nescio quas latebras & asyla abstulit, vel carcer digno tanta turpitudine supplicio adficiendum adseruat? qui honesto mercatorum collegio se ipse exemit, & ita simul bonis, simul bonæ fidei decoxit, ut furi æquiparandus videatur legislatoribus? (§. V.) Quis integritatem illam vitæ atque existimationis, quam in mercatore desiderauimus, (§. XIX. 1.) in decoctore dolofo, id est, in homine, flagitiis omnibus cooperto, quæreret? Et hinc est, quod præcipui iuris auctores, qui in hac palæstra exercuerunt ingenium, veluti

veluti MASCARDVS, (e) MENOCHIVS, (f) MAR-
 QVARDVS, (g) TEXTOR, (h) ROESNERVS (i)
 omnem horum codicibus fidem abrogare non dubi-
 tant, eamque sententiam suam præjudicio non uno
 confirmant. Accedit, quod quum mercator honestæ
 vitæ atque integræ existimationis codice suo semiplene
 probet, minus quam semiplenam, vel, vt rectius dicam,
 nullam plane probationem emergere oporteat ex scri-
 ptura hominis nullius fidei, quem jura semper mentiri
 præsumunt, (k) adeoque decoctor ad jusjurandum
 suppletorium nunquam admitti possit. Et hinc quum
 nuper mercatoris, qui foro cesserat, uxor dotem & il-
 lata repeteret, & ad codicem mariti, in quem illa pe-
 cunia relata erat, prouocaret: in prima quidem instan-
 tia iudicatum fuerat, uxorem illata eatenus probasse,
 vt ad jusjurandum suppletorium admittenda sit: caus-
 sa autem ad supremam Ducarus M. curiam deuoluta,
 pronunciatum, eam ad jusjurandum admittendam
 non esse, inter chirographarios tamen ejus interea
 mortuæ liberis locum fore. Quod postremum ideo
 adjectum, quia Curator bonorum libro illo decoctoris
 aliquando pro se usus fuerat. (§. VIII.) Denique quum
 interposita leueratione acta ad Ordinem juridicum
 hujus Academiæ mitterentur: is posteriorem sen-
 tentiam confirmandam censuit, non solum, quod codici
 merca-

(e) Mascard. *de Probat. Concl. DCCCCLXXV. n. 30.*

(f) Menoch. *Confl. XL. n. 29.*

(g) Marqu. *Lib. IV. Cap. IX. n. 28.*

(h) Textor *Diff. cit. §. XXIII.*

(i) Roesner. *de libr. Mercat. Cap. XIV. §. XXVI.*

(k) Idem *ibid. §. XV.*

mercatoris etiam integræ existimationis non creditur, nisi in rebus ad mercaturam pertinentibus, (§. XIX, 4.) sed & ob alteram additam rationem: *Dieweil aber den noch bekanten Rechts, daß der Erfüllung-Eyde zum wenigsten einen halben Beweis supponire, und aber eines Falliren Handels-Buch, wann es zumahl mit dergleichen Fehlern, als Art. Reprob. 59. seqq. fol. 295. seqq. Act. primæ Instantiæ angemercket worden, beßafftet ist, gar nichts beweiset.* Mascard. de prob. Concl. 975. n. 30. & concl. 976. Menochius de præsumt. Lib. III. præf. 63. n. 1. als ist man, wie im Urtheil enthalten, zu erkennen bewogen worden.

§. XXI.

Sed, quemadmodum hæc justam causam habere videntur in decoctoribus, qui dolo malo furiosum rerum suarum exitum fecerunt, bonaque abliguriuerunt nequisime: ita facile patet, eos, qui fortunæ temporumque injuriis bonis lapsi sunt, melioris omnino conditionis esse oportere. Recte itaque monuit MEVIVS, (1) si de eorum, qui bonis lapsi sunt, codicibus agatur, de illorum fide statuendum esse ex vita antea facta. Si enim antea vir honestus ac integræ fidei fuisse probetur, casum & fortunam aduersam superuenientem non tollere fidem, quam ejus scriptura antea mereri visa sit. *Quemadmodum enim, VLPIANO* iudice, (m) tutor, *quamuis pauper sit, fidelis tamen & diligens, removendus non est, quasi suspectus: ita miserum & iniquum esset, abrogare fidem mercatori honesto & diligenti, cujus industriam fortuna destituit, quemque rerum suarum*

fatagen-

(1) Mev. ad lus Lib. V. Tit. VII. art. V. & Tit. VI. art. IV.

(m) L. 8. ff. de suspect. tut.

fatagentem aliena potius malitia, vel inclementia fati, quam fœcordia propria, ad inopiam detrufit. Et ita in curia Ianuenfium pronunciatum eſſe, conſtat. (n) In primis mercatoris, ſine ſua culpa bonis lapſi, codici haud parum ponderis accedit, ſi ab inſtitore vel librario fide digno rite conſcriptus eſt, quippe cujus iurijurando ſuppletorio tunc eo facilius creditur, quo minus ipſi vel feritur vel metitur (o) Quin ſi eum vel maxime ſua manu ſcripſerit mercator: non tamen ob eam rem fides ejus vacillabit, modo codex talis fit, qualem eum eſſe debere, ſupra oſtendimus. Multos enim ad mendicitatem redactos ſimiles reperias illi pauperi apud EV-
RIPIDEM, (p) de ſe glorianti:

- - καὶ γὰρ εἰ πένης εἶμι,
οὗτοι τοῦ ἥθους δούμενός παραζομαί
- - Quamuis enim pauper ſim:
Non tamen malos mores præſtabo.

Attamen, ſi ex ipſo codice adpareat, mercatorem, ubi res ſuas retro labi ac fatiſcere animadvertit, accepta parum diligenter in libros retuliſſe, ſed in ſuos uſus ſepoſuiſſe, aliis, qui non ſoluerunt, acceptum tuliffiſſe, quædam in rem ſuam falſo inſcripſiſſe, malumque patrem familias, vt paucis dicamus, agere cœpiſſe: nihil procul dubio tribuetur ejus codici, quem ipſe, mutatis cum fortuna moribus, ſua culpa quam maxime ſuſpectum reddidit. Quamuis enim paupertati cum virtute bene conveniat: repentina tamen fortunæ mutatio, & imminens homini rei lautæ adſueto

E

Magnum

- (n) *Rota Gen. Decif. X. n. 13.*
(o) *Rœfner. ibid. Cap. XIV. §. 24.*
(p) *Euripid. in Electr. v. 362. ſequ.*

*Magnum, pauperies, opprobrium jubet
Quiduis aut facere, aut pati,
Virtutisque viam deserere ardua,*

ceu jam pridem recte obseruauit HORATIVS.
(q) Sane quum & mercatoris, bonis non lapsi, codici non credatur, si ulla falsitatis suspicione laborat: (§. XIX.) quanto minus credendum erit scripturæ hominis, boni illius quidem, sed quem paupertate à virtutis tramite abductum esse, ex ipso libro ubique pellucet? Hinc quum mercator, qui tamen bonis non fuerat lapsus, ex alterius fortunis euerfi bonis summam haud leuem peteret, & nec chirographum, nec alia instrumenta, sed litteras quasdam priuatas, proferret: curator bonorum, librum actoris producendum esse, urgebat. Creditor aliquoties in iudicio fassus erat, se hæc in librum suum non retulisse, sed cum debitore bona fide egisse, modo ei pecunias credendo, modo earum partem recipiendo. Rejecta probatione, mercator ad superius iudicium G. appellauit, ac demum obtinuit, vt ad probationem admitteretur, eique simul liceret librum seu codicem suum, eam in rem producere. Re ulterius ventilata, & actis ad Ordinem iudicum in hac Academia transmissis, pronunciatum: Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden, daß Implorant, zur Production seines Handels-Buchs und übrigen Documenten, gestalten Sachen nach nicht zuzulassen, additis rationibus: Dieweil die von Imploranten gesuchte Restitutio in integrum vergeblich seyn, und zu nichts anders, als zu noch mehrerer Verlängerung dieses in das 16te Jahr dauenden Concurs-processes dienen würde, anerwogen eines theils die documenta

(q) Horat. Lib. III. Od. XXIV. v. 42.

documenta sub A. B. C. D. No. Act. 415. deren Implorant bey seiner Bescheinigung sich zu bedienen vermeinet, schon zuvor von ihm produciret, aber jedesmahl als unstatthafft und irrelevant verworffen worden, andern theils derselbe No. Act. 259. „Daß er von Liquidato „weder Obligationes, noch Wechsel-Brieffe in Händen „habe, „ingleichen No. Act. 360. „Daß, da der Debitor „bald Geld geliehen und dafür Bücher versetzt, bald „aber darauf wieder bezahlt, und das versetzte Unter- „pfand wieder abgefordert, er darüber keine Register „oder Buch gehalten, noch allemahl angeschrieben, und „daher auch nicht mehr wissen, vielweniger beschwe- „ren könne, was vor Bücher bey ihm versetzt, und wie „viel vom Gelde er darauff erhalten, „ausdrücklich de- „clariret. Wannhero nicht abzusehen, wie nunnehro derselbe sich auff sein Handels-Buch beruffen möge, da seinem Geständnis nach vorhin darinnen nichts gestan- den, folglich wieder dasselbe, daß es erst nach der Zeit beschriben worden, eine starcke Vermuthung entsethet, welche durch das bloße Vorgeben, daß der Advocatus causæ solche Declaration ohne Implorantens Wissen und Willen ad Acta gegeben, sich um so viel schwehrlicher elidiren läßt, je weniger derselbe, solche Schrifften eigenhändig unterschrieben zu haben, ableugnen kan. Alß ist, wie in Urtheil enthalten, erkant worden. Quod si ergo ne mercatoris quidem integræ existimationis cō- dicitur creditur, si iusta suboriatur suspicio, eum aliquid illi postea in rem suam inscripisse: quanto minus fidei ha- bebatur rationibus ejus, qui fortunis euolutus, & immin- entem rebus suis ruinam prælagiens, iustam codicis non rite conscripti suspicionem præbuit?

§. XXII.

Ad eos ut redeamus, qui dolose foro cedunt, horum libris, uti diximus plane nulla fides habenda, si ab ipsis in suam rem proferuntur. Quid vero si creditores illius inde agere velint? Tunc vel agunt adversus ipsum obæratum, qui foro cessit, vel aduersus tertium quem massæ illi communi, ex qua creditoribus satis fieri debet, obligatum esse, contendunt. Primo casu dubium non est, quin plene prober liber, etiam decoctoris, modo de obligatione ipsius decoctoris agatur. Quamvis enim is ob turpitudinem suam fidem omnem amiserit: verendum tamen non est, ne quid codici inscribat, quo ipse magis oneretur. Hinc codex huiusmodi, uti aliæ scripturæ privatæ, contra scribentem plene probat. (r) (§. VIII.) Sed non probabit tamen etiam contra decoctorem, si quid, quod se oneret, in reliquorum creditorum præiudicium, vel si res ad mercaturam plane non pertinentes, inscripserit, e. g. si dotem tantam se ab uxore accepisse norarit, si à parentibus, amicis, aliisque sibi numeratum solutumue esse fateatur, quod numeratum solutumue esse, tam liquido non constat. Quum enim confessio nocere quidem debeat confitenti, non autem tertio, (f) & hinc ne apocha quidem mariti, (t) quantumvis iurejurando firmata, (u) probari constet illationem dotis, quia iusjurandum tanquam accessorium obligationis, naturam actus sui sequitur, (x) & hinc inter

(r) l. 25. §. ult. ff. de probat.

(f) l. 4. pr. ff. de interr. in iure fac. l. 11. §. 2. 3. ff. eod.

(t) Coler. de Process. exsequit. P. III. cap. 1. n. 110. seq.

(u) Coler. ibid. n. 115. Greuen. Lib. II. Concl. LXXXI. Ludouici Diss. de probat. illat. dot. §. XII.

(x) Pufend. de Iure Nat. & Gent. Lib. IV. Cap. II. §. 6. 11.

inter alios præstitum, tertio nec prodesse, nec nocere debet: (y) quo jure, quæso, exigeret decoctor, vt sibi suo arbitratu & in rem suam se debitorem constituenti, & tale quid referenti in codicem, in fraudem reliquorum creditorum fides habeatur? cui, quæso, ignotum est perfidi illius dispensatoris, à Seruatore in exemplum calliditatis adducti, (z) artificium, quo usus in eo futuræ inopiæ alleuamentum quæsiuit, quod debitorem pro centum quinquaginta scribere iuberet: Δέξαι σε τὸ γράμμα καὶ ναδίρας ταχέως γράβων πενήκοντα. *Sume tibi chirographum tuum, & adsidens, exemplo scribe quinquaginta.* An non & decoctores perfidos iisdem filiis sæculi, ceu Seruator vocat, accenseas, qui, ubi res ad restim redit, injustissimam versuram facere, & cum aliorum detrimento alios locupletare non dubitabunt, si sibi, ad mendicitatem redactis, apud hos perfugium fore sperauerint?

§. XXIII.

At major dubitandi ratio est, si quæramus, an creditores ex codice decoctoris aduersus tertium agere, & inde debitum probare possint? Quod merito videtur negandum. Primo enim creditoribus non plus fidei haberi potest circa scripturam, à decoctore factam, quam ipsi decoctori, cui, codicem in suam rem proferenti, non credi, paullo ante monuimus. (§. XX.) Si ergo fides non habetur libro, à decoctore producto, cur ideo habeatur, quod tertius eum produxerit, quum de perfidia scribentis satis constet? Accedit, quod nec integræ famæ mercatoris liber, à tertio contra tertium productus,

E 3

aliquid

(y) *l. i. pr. ff. si mul. ventr. nom. c. 19. X. de iurejur.*(z) *Luc. XVI. 34.*

aliquid prober, nisi tale quid ei inscriptum, quod directe actum cum præsente & consentiente, ceu post multas doctorum variationes, quas MASCARDVS (a) refert, ubique fere obtinuit. (b) Qua fronte vero creditores plus fidei attribui postularent libro ejus, qui dolo malo foro cessit, quam alterius integræ fidei atque existimationis? Denique multo periculosius exemploque perniciosius esset, codici decoctoris, a creditoribus prolato, fidem aliquam haberi, quam si eum ipse decoctor in foro produceret, siquidem huic, quippe rei gestæ conscio, deferri possit jusjurandum suppletorium, quod sine periculo deferri nequit creditoribus, rerum omnium ignaris, & de credulitate facile Iovem lapidem juraturis, si eo sacramento damnum imminens auertere possent: Atqui ad jusjurandum suppletorium de credulitate regulariter neminem, (c) nec in casibus exceptis ullum alium temere, quam heredem, admirandum esse, recte juris interpretes celeberrimi (d) monent.

§. XXIV.

Neque tamen negandum est, librum, etiam à decoctore rite & ordine scriptum, quamvis semiplene non prober, aliquam saltim præbere præsumtionem, si creditores eum aduersus tertium proferant. Vnde, aliis accedentibus adminiculis, (e) omnino audiendi sunt credi-

(a) Mascard. *de Probat. Concl. DCCCCLXXVII.*

(b) Ruland *de Commiss. P. II. Lib. V. Cap. XIII. extrem. Scacc. de Iudic. caus. civil. Lib. II. Cap. XI. n. 203.* Marquard. *de Iur. Merc. Lib. III. Cap. IX. Rœfner. de Libris Merc. Cap. XII. §. LXI. seq.*

(c) arg. *l. 31. ff. de iurejur.*

(d) Wernh. *Select. Obs. Forens P. IV. Obs. CLI. n. 624.*

(e) *l. 5. C. de probat.*

creditores, admittendique ad probationem debiti, quod illi codici, nulla alia falsi suspicione laboranti, (§. XIX. 12.) rite inscriptum est. Privatae enim scripturae, veluti apochae, rationes, chirographa, pro scribente quidem non faciunt fidem, adeoque multo minus tertio, qui ejus nomine, vel tanquam successor scribentis, acturus est, profunt: aliis tamen suffragantibus adminiculis, quandoque semiplenam probationem, aliquando praesumptionem faciunt, (f) quae, si ad suppletorium non sufficit, vel id saltem efficere potest, ut alteri parti purgatorium deferatur, toties quippe locum habiturum, quoties adversus aliquem fortiores praesumptiones militant, ut, non nisi iis elisis, ad causae decisionem deveniri possit. (g)

§. XXV.

Illustrari hoc potest specie notabili, quam Dn. Praeses mense Febr. cl. lccc xxiii. Ordini Jurisconsultorum Hallensium oblatum, memorat. Titius mercator BELGA cum sociis negotiationem trapeziticam diutius fecerat, sed demum foro cesserat, non sine maximo creditorum detrimento. Sempronius, Mercator in celebri Germaniae emporio, antequam de istius societatis conditione & imminente negotiationi ruina certior factus esset, aliquam multas tesseras collybisticas ad Titium direxerat, quas quum oblatas Titius & socii acceptassent, neque tamen praesentantibus solvissent: actionem adversus illos instituere, & magnam summam pecuniae petere decreuerat. Sed demum intellecto bonorum

(f) Couarruu. *Pract. Quest. Cap. XXII. n. VIII. Wamf. Conf. LVI. cent. i. Diod. Tulden. Comm. ad Cod. tit. de prob. §. V.*
 (g) *l. 31. ff. de jurej.*

rum statu, impensis parcere, & damnum illud æquo animo ferre, quam in extraneo foro inanem actionem non sine ingenti sumtu persequi maluit, maxime quum Titius & socii per Deum rogarent, ne afflictis adderetur afflictio. Demum illi decoctores, missis blanditiis, quibus antea Germanum trapezitam delinuerant, urgenti solutionem, minas ropofuerunt, caussati, sibi a Germano illo aliquot centena millia florenorum deberi: quin & actionem cum curatore bonorum aduersus illum in ejus domicili foro instituerunt, prouocantes ad codicem suum, ex quo adpariturum sit judici, se ingentem istam summam pecuniæ pro mercatore Germano soluisse variis personis, quas ille tesseriis collybiticis, ad se directis, instruxerit. Multa erant, quæ opponebat Germanus. Vrgebat, sibi cautionem pro reconuentione, damno & expensis præstandam. Opponebat exceptionem falsi, neque fidem aliquam habendam putabat codici decoctorum, qui, id, quod ipsi tesserarum possessoribus non soluerint, sibi tanquam trasfanti imputauerint, (sic hätten obgedachte, von einem dritten in seinem faueur gezogene, und von ihnen, (Titio und Comp.) a conto sothanen dritten acceptirte, aber zu seiner Zeit nicht bezahlte Wechsel-Brieffe in sein debet gesehet.) Adferebat etiam, sibi a viris fide dignis relatum, codices illos Titii & sociorum antea de colophonem perductos fuisse, in iisque tunc de hoc credito nihil lectum, es hätten Titius und Comp. bey ihren falliment ihre Bücher völlig beygeschrieben gehabt, von dieser ihrer anmaßlichen Forderung aber wäre damahlen darinnen nichts zu finden gewesen, folglich dieselbe nachhero erst eingeschrieben worden. Quod insigne falsi vestigium

vestigium se, producto codice, ad oculum demonstraturum, confidebat. Nihilominus tamen, quum codici aliqua suffragari adminicula viderentur, veluti quod constaret, Germanum sæpe cum illa societate mercatoria negotiatum, (daß sie mit einander starcke Wechsel- und andre Handlung getrieben,) tesserasque collybisticas a Titio & sociis acceptatas esse, nec tam liquidum esset, hos, prout decet, non soluisse, daß die acceptirten Wechsel nicht bezahlet wären: non solum admissa actio, sed etiam Sempronius ad cautionem iudicatum solui præstandam adactus est, actoribus iurejurando tantum cauentibus. Pronunciatum enim in iudicio illius emporii fuerat, daß Klägere zu Leistung juratorischer caution zu lassen, Beklagte aber zur cautione omnium bonorum cum juratoria anzuhalten, nicht weniger Klägere mit Überbringung der Bücher des Titii und Comp. ad locum iudicii billig zu verschonen, und Beklagte selbige zu Amsterdam auf der Klägere Kosten selbst, oder durch einen Bevollmächtigten Anwalt zu inspiciren, schuldig. Quæ dura interloquutio secutura fortassis non fuisset, nisi sociis illis Belgis, eorumque codici, variæ præsumptiones suffragari visæ essent.

§. XXVI.

Specie hac Collegio oblata, variæ erant, quæ in quæstione veniebant, veluti, an actores ad cautionem juratoriam admitti potuerint? an reus tanquam bonorum immobilium possessor, onerari debuerit cautione iudicatum solui? postremo, an idem reus iure adigendus fuerit ad iter in locum, vbi codex actorum reperiebatur, suscipiendum? Circa primam quæstionem facile transigebatur. Consentientibus enim suffragiis existimabatur

F

mabatur

mabatur, illam cautionem juratoriam non sufficere, primæ quia in causis ejusmodi arduis, & quæ criminalibus æquiparandæ videntur pragmaticis, juratoria cautio non temere admitti solear, (h) & judex eam justo facilius admittens, litem suam facere videatur: (i) deinde quod actoribus extra imperium degentibus cautionem realem injungat ipsa **ORDINATIO CAME- RALIS**: (k) tum porro, quod curator bonorum agat, tanquam procurator vel Titii & sociorum, vel creditorum ejus: procurator autem jurejurando cauere non possit: (l) ac postremo, quod juratoria cautio, si vel maxime in jure præsidium reperiat, (vere enim possessores tantum rerum immobilium olim ita cauiffe ex l. 26. §. 6. C. de episc. aud. l. ult. §. 1. C. de sport. l. ult. C. de princ. agent. in reb. post **CVIACIVM**, (m) **GER. NOODT** (n) & **ANT. SCHVLTINGIVS** (o) obseruarunt,) non præstanda tamen sit à decoctoribus, aliisque parum integræ existimationis hominibus, sed à viris illustribus, quibus ipsa dignitas fidem auctoritatemque conciliat. (p) At quod ad alteram quæstionem attinet, vel ideo reo succurri non posse videbatur, quia, quamuis possessores rerum immobilium suæ promissioni

(h) Harpr. de Caut. jurat. §. LIX. Cothm. Vol. I. Resp. XVIII.

(i) Cothm. ibid.

(k) Ordin. Cam. Part. III. Tit. LVIII. §. ult.

(l) Harpr. ibidem §. XXXI. Benincas. de Privil. paup. spec. VII. n. XX.

(m) Cujac. Libr. XII. Obs. XXII.

(n) Noodt ad Pand. p. 59.

(o) Schulting. in πρωτ. Pand. tit. qui satisd. cog. §. IV.

(p) l. 17. C. de dignitat.

missioni committant jura Romana, (q) tamen REFORMATIONE FRANCOFVRTENSI (r) cautum esset, daß, wann der Kläger von dem Antworter cautionem de judicio fisci & judicatum solui begehrte, dieser solche ebenfalls zu leisten verbunden seyn solte. Sed quia tamen ille Reformationis paragraphus se refert ad §. I. ubi actori, rerum immobilium possessori, gratia fit cautionis per fidejussores vel pignora præstandæ, idem jus etiam reo indulgendum videbatur, cujus favorabiliores esse solent partes, quam actoris, (f) ac proinde eum hac cautione liberandum esse crediderunt.

§. XXVII.

At difficillima erat quæstio quo loco codices ad quos actores prouocauerant, producendi inspiciendique essent? Nemo ignorat, quid de argentariorum rationibus scripserit VLPIANVS. (t) *Ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit, & hoc est constitutum. Quod si instrumentum argentariae in alia prouincia habeat, in alia administrauerit: ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit, hoc enim primum deliquit, quod alio instrumentum transtulit. Quod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur, minime hoc facere cogitur, nisi descriptum velis, ubi de ea re agitur, eum tibi dari, uis uidelicet sumtibus.* Quibus PAVLLVS (u) addit, *spacium etiam argentario ad perferendas eas rationes descriptas dandum esse.* Hæc sane quum

F 2

- (q) l. 15. pr. ff. qui satisd. cog. §. 2. Inst. de satisd.
 (r) Reform. Francof. Part. 1. Tit. XVI. §. ult.
 (f) l. 125. ff. de Reg. jur.
 (t) l. 4. §. ult. ff. de edend.
 (u) l. 5. ff. eod.

quum Doctores, & in his RVTG. RVLANDVS, (x) & SOCINVS (y) ad ipsos mercatores proferant, quamuis hi jam mercaturam facere desierint, (z) simulque statuunt, iudicem eo casu, si forte autographum oculis lustrandum videatur, vel aliquos ad locum, ubi liber iste fit, mittere, vel iudicem rei firæ requirere debere, vt codicem inspiciat, descriptamque eam partem secum communicet: recte iudicatum esse videri poterat, trapezitam illum Germanum vel ipsum sumtibus actorum in Belgium proficisci debere, vel alios eo mittere, qui librum inspicerent, maxime quum creditorum A. interesset, librum tanto periculo non exponi, neq; isti in lite, quæ ex eorum concursu ibi nata erat, careere eo possent.

§. XXVIII.

At quantumuis hæc speciosa essent, iisque proculdubio permorus esset iudex, ut paullo ante relatam interloquutionem daret: aliud tamen tum visum est Dominis, quorum rationes audire operæ pretium est: Diweil aber dennoch 1.) in gegenwärtigen Fall nicht allein Beklagter (Sempronius) die edition der Bücher fordert, von welchem casu der angeführte l. 4. ff. de edend. redet, sondern vielmehr die curatores massæ selbst aus Titii und Comp. Büchern klagen, und mithin dieselben zum Grunde ihrer Anforderung setzen, solchen falls aber alle Rechte vermögen, daß sie dieselben originaliter produciren, und Beklagten ad recognoscendum

(x) Ruland. *de Commiss. Part. II. Libr. V. Cap. XXIV. n. 32.*

(y) Socin. *Consil. CXLIX. n. 4.*

(z) Marqu. *de Iure Merc. Lib. III. Cap. X. §. XXIX.*

dum vorlegen müssen. Welches denn 2) ordentlich umb
 deswillen in foro, vbi actio mota est, geschehen muß,
 weil eines theils diese productio eine species probationis
 ist, und dieser actus propter iudicem, cui probatio fieri
 debet, vorgenommen wird, l. 12. ff. de prob. l. 5. C. de test.
 andern theils aber 3.) der Richter, ob etwas dadurch
 bewiesen sey, oder nicht, urtheilen und erkennen muß,
 welches aber, dafern die inspectio nicht in iudicio ge-
 schiehet, ebenfalls nicht geschehen kan. Wie denn auch
 4.) es allhier auf eine quætionem de falso anfohit, und
 Beklagter, daß die Bücher verfälschet seyn, aus den
 originalien so fort darzuthun vermeinet, welches aber
 mahl nicht anders, als per inspectionem in loco judi-
 cii & institutam litterarum comparationem geschehen
 kan. Im übrigen 5.) die angeführte rationes dubitan-
 di alle von keiner Erheblichkeit sind, immassen das ange-
 führte privilegium ex l. 4. ff. de edend. eines theils nur den
 Kauffleuten, welche entweder noch handeln, oder die
 Handlung aufgegeben, und zwar umb des willen zu-
 kömmt, weil dieselbe ihre Bücher nie entrathen können, und
 der Verlust derselben ihnen unschätzbar und irreparable
 seyn würde, welche raison aber weder auf Titium und
 Compagn. die einen Banquerout gemacht, und also der
 Privilegien der Kauffleute nicht fähig sind, Marqu. de
 Iure Merc. Libr. IV. Cap. 9. tot. noch auf die Curatores
 massæ, als welche weder als Kauffleute, noch als suc-
 cessores mercatoris klagen, sich appliciren lasset, per
 l. 9. §. 1. ff. de edendo ibi. quia juris successor his verbis
 significatur: andern theils aber besagtes privilegium,
 ohndem in vielen, ja den meisten Handels-Gerichten
 nicht mehr in obseruanz ist, und nicht nur zu Lübeck die

Bücher auf der Gerichts-Stube absolute produciret werden müssen, Marqu. l. 3. c. 10. §. 29. sondern auch zu Frankfurt selbst, wie das in der specie facti allegirte præjudicium vom 4. Jul. 1722. ausweiset, das gegen theil in observanz ist, und auch auswärtigen Kauffleuten, ihre Bücher zu Franckf. zu ediren, per sententiam anfferlegt zu werden pfleget. Ueberdem 6.) der vorgeschlagene Weg, jemanden nach A. zu schicken, oder den Magistrat daselbst zu requiriren, in gegenwärtiger Sache, da es auf ein falsum, und die comparationem litterarum ankommen soll, den Ausschlag nicht geben würde, indem alhier nicht die Frage ist, ob die wieder Sempronium formirte prætensiones in Titii Büchern stehen? sondern, ob diese posten vorhin darinnen gestanden, oder erst nachher, da schon das Falliment ausgebrochen, eingeschrieben worden? welches aber durch den vorgeschlagenen Weg nicht so leicht, als wann die Bücher in loco judicii produciret, und eingesehen werden, anlicht zu bringen seyn möchte. Daher auch 7.) die dritte ratio dubitandi, die einen gewesenen Kaufmann, der zu handeln aufgehöret, und nicht einen Falliten, oder dessen Curatores bonorum, præsupponiret, alhie inapplicabel, und, 8.) so viel die vierdte betrifft, beklagter, dessen partes doch jedes mahl favorabiliores seyn solten, übel dran seyn würde, wann er, da die Kläger beweisen solten, eine Reise über 50. Meilen, und zwar ausser Reichs thun, und darüber seine importante Handlung zu Hause versäumen müste, da doch ordentlich der Kläger paratus ad probationem in judicio erscheinen, oder, da er dieses nicht kan, nach dem bekandten Sprüchwort: Non jus tibi, sed probatio defuit, erwarten muß, daß der
Beflag

Beklagte abfoluiret werde. Welchem nach es 9.) wenig darauf ankommt, daß Klägere die Reise-Kosten herzuschiefen schuldig erkannt worden, inmassen vielmehr retorquendo gefolgert werden könnte, daß da Beklagter, der doch zu erweisen nicht schuldig, die erforderte Kosten zu tragen sich erbietet, Klägere diesen transport zu verweigern um so vielweniger befugt seyn, jeneniger 10.) vor sie in der letzten ratione dubitandi angeführte Ursachen daß nemlich die zu A. concurrirende Creditores dabey ein interesse hätten, von einiger Wichtigkeit ist, angesehen die Bücher ihnen nicht entzogen, sondern nur auf einige Zeit nach Franckf. transportiret werden sollen, und ihnen allezeit frey bleibet cautionem de restituendo zu fordern, überdem der Creditorum selbst eigenes interesse hierunter verliert, angesehen, wann daraus des Klägers Anfoderung erweislich und das angegebene falsch unersündlich ist, der Massæ dadurch ein considerables quantum zu wachsen und folglich ihnen solches mit zu gute kommen wird. 2c. Als sind wir der Rechtlichen Meinung, daß Klägere Titii und Comp. Bücher nebst andern scripturen zu Franckf. auf Beklagters Unkosten zu produciren schuldig, diesem aber deshalb eine weite Reise ausser Reichs zu thun, und die Bücher zu A. zu inspirciren, oder einen bevollmächtigten dahin zu senden, keines weges anzumuthen sey. B. N. W.

§. XXIX.

Quamuis autem ex hac specie adpareat, libris eorum, qui foro cesserunt, aliquando ponderis quidquam accedere, si illis alia adminicula suffragentur: iisdem tamen pondus omne rursus decedit, si contrarium, veluti falsum, rite probari possit (§. XIX. 2.) Quum enim
ne pro

ne pro iis quidem codicibus, quos mercator integræ famæ atque existimationis scripsit, præsumtio juris & de jure militet, omnesque reliquæ præsumptiones probationem admittant contrarii: (a) dubitari profecto non potest, quin omnis illa fides decollet, simulac demonstrari possit, aliquid falsi esse admissum in ejusmodi codicibus, vel quæ iis inscripta sunt, ira non gesta esse: ut nimium ex mea sententia mercatoribus indulserint STRACCHA, (b) qui contra libros mercatorum non admitti probationem in contrarium, contendit, nec non VIVIVS, (c) qui tales libros quodammodo pro sententia haberi, suaque fide in rem judicatam transire, scribit. Quomodo enim libri mercatorum excluderent probationem in contrarium, quum ne plene quidem illi probent, sed jurejurando suppletorio firmandi sint? Rectius itaque accuratiusque philosophantur, qui hujusmodi libros ad processum exsequitium quadrare negant, eorumque recognitionem quidem recte peti, processum tamen non alium, quam summarium in specie talem locum inuenire, ac proinde omnes exceptiones, licet altioris indaginis videantur, admittendas esse, docent. (d) Quam in sententiam ordinem ICtorum Wittenbergenſium pronunciaſſe, refert celeberrimus WERNHERVS (e) *Diueil Beklagter das producirte Handelsbuch recognosciret, so hat es noch zur Zeit dabey seyn Bewenden, und ist derselbe zuzörderst die*

(a) *l. 3. l. 9. l. 12. ff. de prob. & presumt.*

(b) *Stracch. quomodo in causſ. merc. proc. n. XXXV.*

(c) *Viuius Decis. CCCCLV. n. iii.*

(d) *Riui. ad Ord. Proc. Sax. Enunc. X.*

(e) *Wernh. Obs. For. Part. IV. Obs. CCVI. p. 535.*

die vorgeschügten Exceptiones in Sächsl. Frist, Klägers Gegenbescheinigung und anderer Nothdurfft in ebenmäßiger Sächsl. Frist vorbehältlich, bezubringen schuldig, ferner darauf zu beschehen, was Recht ist, v. R. W. Quod si autem ne integræ quidem existimationis mercatori ita absolute creditur, vt omnis excludatur exceptio contrarii, qui fieri posset, vt nefas sit, suscipere probationem contrarii, si mercator foro cesit, adeoque existimationem suam ac fidem omnem cum re perdidit?

§. XXX.

Bella quoque quæstio est, an ex solo libro, perperam & parum ex arte conscripto probari possit, alterum dolo malo decoxisse? Id omnino videtur adfirmandum, si quis diffusæ negotiationi deditus, vel expensa acceptaque plane non refert in rationes, vel id tam male facit, vt codex iste nihil præter insignem rerum omnium confusionem indicet. Vnde in EDICTO REGIO adversus decoctores (f) & illi pro decoctoribus malitiosis habentur, indignique beneficiis juris judicantur, welche in Jahres-Frist vor dem verfall keine Balance gezogen. At non ideo statim pro dolo decoctore habendus, qui mediocrem exercens negotiationem, & arti conficiendi codices non adsuetus, libros modo ordinario, & inter majorum gentium mercatores recepto, non conscribit, nec tamen in eo negligens reperitur, vt accepta & expensa quam simplicissimo modo in rationes referat. Quamvis enim his libris, si admodum confuse scripi sint, non credatur: (§. XIX.) non tamen ideo decoctor malitiosus putandus, quod artem conficiendi rationes non fatis imbiberit, nec

G

infitorem

(f) *Edict. Pot. Reg. Pruss. de anno MDCCXV. art. XIII.*

institorem illis conficiendis idoneum, (einen Buchhalter) mercede conducere potuerit. Et hinc, quum aromatum venditor in oppido mediocri diuturno morbo oppressus, obiisset, & non modo creditores quidam concurrerent, verum etiam vidua dotem & illata repeteret: Curator bonorum hanc dotis priuilegio vel ideo excidisse arbitratur, quod uxoribus malitiosorum decoctorum illud denegasset lex recentissima, das erleuterte und geschärfste Banqueroutier-Edict Ihres Kön. Maj. Non constabat de fraude mercatoris. Saltim is foro non cesserat, neque exstabant argumenta ulla doli, quo creditores circumuenerit. Id unum urgebat curator, qui simul contradictoris vicibus fungebatur, defuncti librum, quem ideo Actis adjungi petierat, satis negligenter & confuse scriptum videri. Et tamen, quum non alia essent fraudis indicia, & præterea ex actis constaret, mortuum illum diuturno morbo laborasse, ac ita tenuioribus fortunis facile euolutum esse, ordo Ictorum Francofurtensium uxorem suo jure non priuandam, nec mortuum ob solius libri defectus pro decoctore malitioso habendum esse, iudicauit.

§. XXXI.

Magis ardua quæstio est, utrum & conscriptis a Iudæo codicibus eadem tribuenda sit fides & autoritas, ac libris aliorum mercatorum, an illi decoctorum rationibus æquiparandi sint? Equidem si res ex sanæ rationis principis esset dijudicanda, nullum esset dubium, quin Iudæi mercatores, si honestæ vitæ ac intemeratæ existimationis sint, eodem cum Christianis jure frui debeant, modo libri eorum ita comparati sint, quales eos esse

esse oportere diximus. (§. XIX.) Quemadmodum enim Christiana religio, quam profiteamur, non efficit semper, ut qui Christo nomen dedisse videri volunt, dignam tam sancta professione vitam agant; ita plane non sequitur, ut aliquem ideo improbum, mendacem, perfidum, omnibusque contaminatum vitiis existimemus, quia Iudæorum sacris ab infantia adsueuerit. Nec obstat, Iudæos codices suos litteris & dialecto sibi propriis conscribere, adeoque recognosci non posse ab aliis videri. Adhiberi enim solet interpret illius dialecti peritus, qui locum ad rem pertinentem lustrer, & descriptum inde conficiat. Id apographum deinde agnoscere deberet ab eo, contra quem codex a Iudæo proferretur. (g) Sed sunt tamen omnino juris civilis principia, quæ tam generalem decisionem ferre non videntur. Iudæum Iudæo codicem suum recte opponere, eoque recognito, ad jusjurandum suppletorium admitti posse, nemo dubitat. (gg) At Iudæos contra Christianum admitti ad jurandum, jure civili æque, (h) ac canonico, (i) prohibitum est. Quam utriusque juris dispositionem tantum abest, ut vel receptam non esse, vel consuetudine aut lege contraria obumbratam, possumus existimare, ceu MYNSINGERVS, (k) & HARTM. HARTMANNI (l) censent, ut viridem ejus obseruantiam

G 2

tiam

(g) Martini *ad Process. Sax. Tit. XXV. §. II. n. 38.* Carpz Part. II. Dec. CCXXXIV.

(gg) l. 12. C. de heret.

(h) l. 21. C. *ibid.* l. ult. C. de Iudæis.

(i) *Can. 24. caus. 2. qu. 7.*

(k) Mynsing. *Cant. V. Obs. VI.*

(l) Hartm. Hartm. *Tit. XXIV. Obs. VI.*

tiam docuerint HARPRECHTVS, (m) BERGERVS, (n) WERNHERVS, (o) & alii. (p) Et quamuis ratio, qua nonnulli vtuntur, quod Iudæi leuis notæ macula laborent, hodie non amplius publici saporis sit, & leges illæ in uniuersum nescio quod heterodoxorum odium sapere quibusdam videantur, ac proinde Iudæos a Principe ciuitate donatos, *die Schutz-Juden*, hoc priuilegio perfrui debere, haud pauci censeant: (q) nobis tamen religio semper fuit, juris constituti censores sine suffragio populi agere. Nec odio religionis id semper tribuendum, quod princeps jura singularia ac priuilegia cum omnibus, religionem dominantem haud professis, non omnino communicet, quum ne Christiani quidem omnes iisdem in republica priuilegijs beneficiisque perfrui soleant. Et ita ab amplissimo Francofurtensium Ictorum ordine anno MDCCIV. in causa Iacob Leuin, *Schutz-Juden zu Halle* contra Hier. Karmhöffern pronunciatum esse, testis est celeberrimus, quem paullo ante laudauimus, WERNHERVS. (r) Nec tamen dubitandum, quin, si libro Iudæi aliæ præsumptiones vel adminicula suffragentur, ille ceteris paribus ad jusjurandum suppletorium recte admittatur, quia iniquum esset, pro Christiano pronunciare, quia

Christia-

(m) Harprecht. *Consult. XI. n. 26. sequ.*

(n) Berg. *Elect. Discept. For. Tit. XXII. p. 72.*

(o) Wernh. *Obs. For. Part. 1. Obs. CXCH. p. 335.*

(p) Rœfn. *de libris Merc. Cap. XV. §. LXXVIII. Berlich. lib. 1. Concl. LIV. n. XXXVII.*

(q) Brunn. *ad l. 1. sequ. C. de Iudeis. Riuius ad Ord. Præs. Sax. Tit. XVIII. Enunc. X.*

(r) Wernh. *ibid. n. VII.*

Christianus sit, quum Iudæo, ceteroquin viro bono, parum ac prope nihil ad plenam probationem desit. (f) Et ita Halensibus ICTis anno MDCCIII. visum esse, eorum responsum apud illustrem BOEHMERVM, (t) collegam Dni Præsidis olim conjunctissimum, ostendit.

§. XXXII.

Quæri denique solet, an quæ de libris mercatorum dicta sunt, etiam ad opificum rationes & ephemerides proferenda sint? Et sane quum id privilegium proprie ad mercatores pertineat: (§. XIX.) non video, quomodo alienam possessionem inuadere possint opifices, qui nec negotiari dicuntur, nec libros tam accurate conficere solent, vt requisita omnia habeant. (g) (§. XIX.) Et ita iudicatum reperio apud ROESNERVM. (u) At sunt tamen, qui opificibus etiam credendum existimant, si accepta expensaque in rationes referant accurate, quia & hi sine chirographo credere soleant. (x) (§. XVI.) Nobis distinguendum videtur, utrum opifices simul merces suas venum exponant publice, & tanquam mercatores credere soleant aliis, quod facere solent aurifices, textores, fabri ærarii & ferrarii, & alii, an tantum res à se elaboratas Græca fide aliis addicant, veluti sartores, sutores & similes. Illorum codicibus, modo requisita præcipua habeant, credendum omnino arbitramur, credique jubent STATVTA

G 3

HAMBVR-

(f) Menoch. de Arbitr. Iud. Quest. Lib. II. Cap. CXC. Berlich. Parr. I. Concl. LIV. n. LXVII.

(t) Bœhm. Iur. Eccl. Protest. Lib. II. Tit. XX. §. IX. p. 1251. Tom. 1.

(u) Rœsn. ibid. Cap. IV. §. XXVII.

(x) Ludouici Doctr. Pand. Lib. XXII. Tit. IV. §. IX.

§4 DISS. INAVGV. DE LIBRIS MERC. FORO CEDENT.

HAMBVRGENSIA: (y) reliquorum rationes vix semiplenam probationem efficere putamus, adeoque ordinaria via probabunt opifices, quod sibi ab aliis deberi, contendunt.

§. XXXIII.

At videmus, jam pridem procedere tot plagellas, quot exercitationi huic destinaueramus academicae. Plures supererant quaestiones pulcherrimae, quas expendere consilium erat, si plura caperet extemporalis scriptio, neque festinare nos juberent causae quam plurimae. Iis itaque, quae jam addenda erant, alii occasione reseruat, hic demum respicimus portum, & Deo Sospitatori vota, quae possumus, soluimus flagrantissima.

T A N T V M.

(y) *Statuta Hamb. Part. I. Tit. XXX. Art. VI.*



ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

- I. Ab adgressore impetitus, ad fugam non obligatur.
- II. Litteratos expellere posse opifices, artem cum strepitu facientes, ex *l. vn. C. de stud. lib. urb. Rom. Lib. XI.* frustra probant.
- III. Seruitutes prædiorum rusticorum in solo; vrbanoꝝ in superficie consistere, ex *l. 3. ff. de seruit. non adpa-*ret.
- IV. Stipulationem non semper produxisse conditionem certi vel ex stipulatu, exemplo sponsaliorum constat. Vid. *l. 1. C. de sponsal. l. 2. C. de repud.*
- V. Secundum juris Romani principia bene hæc consistunt: minoribus XXV. annis rei suæ administrationem non committi, quamuis bene rem suam gerentibus: *l. 1. §. ult. ff. de min. & inuitos adolescentes non acci-*pere curatores. *§. 2. Inst. de curat.*
- VI. Iusjurandum suppletorium magis Glossatorum interpretationi, quam legibus Rom. deberi, non abs re statuerunt Duarenus, Donellus, Ant. Matthæi, Huberus, Noodtius.
- VII. Ne in contractibus innominatis quidem hodie locus esse potest pœnitentiæ.



222

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



[Handwritten text on the right edge of the page]







Frankfurt a.O., Diss., 1728-29

ULB Halle

004 327 454



3

5b.





DE
MERCATORVM,
QVI FORO CESSERVNT,
RATIONIBVS ET
CODICIBVS,
EXERCITATIO IVRIDICA

1728, 3a 3
392
QVAM
AMPLISSIMI ORDINIS IVRECONSVLTO-
RVM CONSENSV

PRAESIDE

IO. GOTTL. HEINECCIO. IC.
CONSIL. AVLAE REGIAE PRVSS.
PAND. ET PHIL. RAT. ET MORAL. PROF.
ORD. ET COLLEGII IVRIDICI. h. t. DECANO.

H. L. Q. C.


A. D. IVL. clō lō c c xxviii.

PRO LICENTIA

SVM MOS IN IVRE HONORES CAPESSENDI
PVBLICAE DISQVISIONI
PROPONIT

CONR. IVSTVS SCHOEPFERVS.

IVDICII PROVINC. ET AVLICI MEGAPOL.
ADVOC. ORDIN.



Francofurti cis Viadrum,
Litteris TOBIAE SCHWARTZII.

